

BACCHANALIA.

1. QUAMVIS bacchanalium honesta remissione toleretur, duo tamen graviores abusus in eorum frequentatione inventi ab ecclesia reprobantur: nempe quod vigilie, choree, & ludii ultima bacchanalium nocte usque ad diem Cinerum protrahantur, & multi ab iisdem discedentes, iisdem induti vestibus, quibus personati qua-quaversus processerant, ecclesiam subeant, divinis mysteriis intersint, sacros cineres de more accipiant, domum deinde redeuntes dormiant plerumque totum mane primi quadragesimalis diei. Et quod in aliquibus civitatibus & oppidis perversa hæc irreperit consuetudo, ut festis quoque diebus personati homines pervagantur, circulatorum, & id generis blaterones majori spectatorum frequentia diebus festis, quam feriatis, populum ludificant, iisdem demum diebus saltationibus, & choreæ publicæ, & per summam licentiam celebrantur; Bened. XIV. l. 2. const. 45. incip. Inter cetera.
2. Hinc Sanctissimus Pontifex in tota sua ecclesiastica ditione expresse vetat, ne personati homines incedant diebus festis de præcepto, & feriis sextis juxta disciplinam in Urbe Roma vigentem. Item ne choreæ ultima nocte ante feriam quartam cinerum, ultra mediam noctem producantur. Item ne quis habitu bacchanalio indutus mane ipsius ferie quartæ incedat, multoque minus ecclesiam ingrediatur. Item ne circulatorum & surra feris diebus in plateis, & publicis viis spectacula edant, & potissimum matutinis horis, ac tempore officiorum vespertinorum, & doctrinæ christianæ. Et serior mandati Episcopis, ut nullam operam, nullumque studium prætermittant, ut hæc morum perversitas, ubi deest, perpetuo desit, ubi autem invaluit, penitus extirpetur, ac funditus evellatur, illiusque auctores, defensoresque, nulla rerum humanarum ratione habita, acerrime puniantur; idem *ibidem*.
6. Insuper monet omnes zelantissimus Pontifex, quod dum res desperatè enarratas vetat, interdicto non liberat cetera omnia, quæ sacris canonibus, constitutionibus apostolicis, conciliis, aut provincialibus, aut diocesanis quoad bacchanaliorum solatia prohibentur, & præcipue quoad Ecclesiasticos Viros, numquam oculos à Concilio Tridentino deflectens, quod *vers. 22. cap. 11.* postquam sacrorum canonum mentionem fecit, qui Ecclesiasticis luxum, convivia, choreas, aleas severe prohibent, sic Episcopos alloquitur: "Si qua vero ex his in desuetudinem abissis comperint, ea quam primum in usum revocari, & ab omnibus accurate custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas, Deo vindice, penas persolvant;" idem *ibidem*.
7. Ut facilis odio, & horrore concipiantur bacchanalium pravitates, promissusque eradicentur, adductus ad id exemplis SS. Caroli Borromæi, & Philippi Neri, ac duabus epistolis Clementis XI. ad plurimos eodem exemplo datis, altera die 11. Januarii 1719. altera 4. Januarii 1720. quæ in ejus Bullario pag. 533. undecima sunt, & duodecima, adducit bacchanalium sceleratam, & corruptelam, prout ipsam describit claræ memoriæ Episcopus Gratianus in sua synodo Americae habita 1595. pag. 10. ibi: "Hinc factum (adeo nos prava pervenit consuetudo) ut Septuagesimum inter & Quadragesimum interdictus, quos Sancta Mater Ecclesia magno mysterio veluti lugubres funebreque habet, prævalens lascivie risus, hilaritatis amor non in lætitiæ solam, incontinentumque gaudium verterit, sed pene communi cuidam insaniam dedicavit, eoque porrecta licentia sit, ut ipsas quoque leges, ipsos Magistratus traxerit, & quod ne privato quidem cuiquam ulla pene morata civitas concederet, id penitus jam publica auctoritate nitatur, & populi veluti oblitii nominis, quo feruntur, in ipsos

- "profanarum gentium ritus, moresque degenerant." 8 Referre, quod illustris Gislenius Busbequius, qui medio seculo XVI. Ferdinandi I. Imperatoris ad Solimanum II. Orator fuit, scriptum reliquit, Turcarum Legatum, postquam bacchanaliorum tempore in quadam Christianorum regione moratus esset, Constantinopolim reversum retulisse, certo anni tempore Christianos sui impotes insanire, tum cujusdam pulveris arcana vi, quo corporum capita conspergebantur, redire ad bonam mentem, ac respicere consuevisse; *Ut non frustra creditum sit, hominem Turcam, qui eo tempore ad nos publici negotii causa Legatus venisset, domum reversum, retulisse Christianos certis diebus bacchari, & furere, donec genere quadam cineris in templo resperis, redirent ad se, & convalescerent; idem ibid.*
9. Diæis bacchanalium pravitates opponit specialia pietatis exercitia, enixe exhortando Episcopos, ut ceteris incantamento sint suo exemplo, præsertim divinis officiis bacchanaliorum tempore quotidie interesse, sacrosanctum missæ sacrificium coram populo celebrare, ecclesias, & xenodochia invisere, & ecclesiasticos homines, laicosque secum ad id muneris invitare. Curando insuper, ut in una, aut in pluribus ecclesiis sanctissimum Eucharistia sacramentum publico cultui exponatur, & quotidie populo ad vespas benedicatur, in Septuagesimæ, aut Sexagesimæ hebdomadis, aut tribus omnibus, concedens ob id Indulgentiam plenariam per omnes ecclesiasticæ ditionis dioceses acquirendam ab iis, qui Penitentia, & Sacra Synaxi rite muniti singulis diebus ditorum Triduatorum SS. Sacramentum expositum visitaverint, & Deum juxta mentem ecclesiæ oraverint. Idem *ib. (Vid. add. hisp. verb. Vestis. & leg. 36. 38. & 39. tit. 5. 36. 37. tit. 6. p. 1.)*

BACULUS.
SUMMARIUM.

1. **B**ACULUS est duplex, alius communis, alius Pastoralis.
2. Baculus Pastoralis cur sit acutus in fine, rectus in medio, & retortus in summo.
3. Baculo communi possunt uti omnes, etiamsi aureus, vel argenteus sit.
4. Hoc tamen communi baculo non potest uti sacerdos in altari missam dicens, neque ad altare cum eo accedere.
5. Baculo pastorali non possunt uti nisi Episcopi, & alii privilegiati.
6. Papa non utitur baculo pastorali, & affertur historia, quare ipso non utatur.
7. Papa cur utatur baculo pastorali in sola diocesi Trevirensi, & non alibi.
8. Affertur mystica ratio quare Papa non utatur baculo pastorali, usque ad n. 10.
9. Qui utitur baculo pastorali, potest uti & mitra.
10. Baculo pastorali non semper utitur Episcopus suffraganeus.
11. Baculo, & mitra in processionibus extra suum monasterium non potest uti Abbas, nec ante se deferri facere facultatem habet.
12. **B**ACULUS est duplex, alius communis, quo homines præsertim infirmi, ac debiles uti solent ad sustentandum corpus; alius est pastoralis, & est unum ex insignibus, seu ornamentis episcopalibus; Et hic baculus pastoralis est acutus in fine, rectus in medio, & retortus in summo, ad designandum, quod Pastor, seu Episcopus debet punire pigros, regere debiles sui rectitudine, & colligere

va-

vagos, ut denotent sequentes versus relati à Glossa in cap. Unico de Sacra unzione.

In baculi forma, Præsul, datur hæc tibi norma:
Attrabe peccantes, rege justor, punge per imum,
Attrabe, rursus, stimula, vaga, morbida, lenta.

- Gloss. in cap. Unico de Sacra unzione in fine, verb. Propter historiam. Sic Hieronymus Viemius de Episcopis Titularibus part. 2. fol. 13. Moscon. in tract. de Majest. Milit. Eccles. part. 1. lib. 1. cap. 8. vers. Item baculus Gabant. in comment. Rub. Missal. & Breviar. tit. 1. part. 5. tom. 1. num. 7. & part. 5. tit. 3. Tamburin. de Jure Abbas. tom. 1. disp. 20. quest. 1. num. 4. & cap. 2. in fin. Durandus in Rationali Divin. Offic. l. 3. cap. 15. num. 4. Barbos. de Offic. & potest. Episc. part. 1. tit. 1. cap. 5. num. 13. Priori baculo, scilicet communi, possunt uti omnes etiamsi aureus vel argenteus sit, cum non sit proprium dignitatis; Sac. Cong. Rit. in Novarien. 19. Maji 1614. Hoc tamen communi baculo non potest uti sacerdos in altari missa dicens, neque ad altare cum eo accedere, Conc. Rom. sub Zacharia cap. 13. Posteriori baculo, scilicet pastorali, non possunt uti, nisi Episcopi, & alii privilegiati; Et isto non utitur Papa, cap. Unico §. ultimo de Sacra unzione, ibi: "Licet Romanus Pontifex non utatur baculo pastorali, tum propter historiam, tum propter mysticam rationem; tum tamen ad similitudinem aliorum Pontificum poterit eo uti."
6. Historia autem quare Papa non utitur baculo pastorali est, quoniam Beatus Petrus Apostolus Martialem Discipulum suum, quem Dominus inter discipulos constituit cum dixit, *Nisi efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis &c.* misit cum quibusdam aliis ad prædicandum Germanis, in qua via ad viginti dietas defuncto Fronto collega ejus, rediit ad annuncium hoc Petro, cui Petrus, accipe hunc baculum, & tangens illum dic; *Surgere in nomine Domini, & prædica:* ille vero in quadragesimo die à tempore mortis illius tetigit eum, & surrexit, & prædicavit; & ita Petrus baculum à se removit, & subditis dedit; nec recuperavit. Innocentius vero Papa III. scripsit in ecclesiæ speculo, quod Beatus Petrus misit baculum suum Eucherio primo Trevirorum Episcopo, quem una cum Valerio, & Materno ad prædicandum Evangelium Genti Teutonice destinavit, cui successit in Episcopatu Maternus, qui per baculum Petri de morte fuerat suscitatus, quem baculum usque hodie cum magna veneratione Ecclesia Trevirensis servat; ideo Papa in illa diocesi utitur baculo, & non alibi. Hæc Durandus in Rationali Divinorum lib. 5. cap. 15. n. 5. Alzedo de præcellent. Episc. dignit. part. 1. cap. 13. num. 70. Hieron. Venero de exam. Episc. lib. 4. cap. 30. num. 21. Tamburin. de Jure Abbas. tom. 2. disp. 20. q. 1. n. 4.
8. Mystica ratio quare Papa non utitur baculo est. Primo quia baculus habet in summitate quamdam recurvationem quasi ad trahendum, quod non est necessarium Romano Pontifici, quia cum ecclesia non possit esse nulla ex cap. Pudenda in fin. caus. 24. q. 1. non potest ab illo finaliter divertere. Secundo, in signum, quod Romanus Pontifex non habet coarctatam potestatem, id quod curvatio baculi significat. Tertio, quia per baculum significatio coercitio, & ideo alii Pontifices recipiunt à suis superioribus baculos, quia potestatem ab homine recipiunt, Romanus vero Pontifex non utitur baculo, quia potestatem recipit à solo Deo, gloss. in cap. Unico de Sacra unzione, §. Ungitur vers. Mysticam rationem, S. Thom. suppl. quest. 40. art. 7. ad 8.
11. Baculi & mitræ usus sunt correlativa, & cui unum conceditur, alterum etiam concedendum videtur; Sacra Cong. Rit. in Treviren. 8. Januar. 1605. & in Argentin. 7. Octob. 1606. Baculo pastorali uti non debet Episcopus suffraganeus, seu Coadjutor, quando solemniter celebrat, sicut utitur Episcopus proprius, nisi in ordinationibus, & aliis similibus necessariis; Sac. Rit. Congr. in Bracar. 1. Sept. 1607. Baculo, & mitra in processionibus extra suum monasterium Abbas uti prohibetur, nec

FERRAR. BIBLIOT. TOM. I.

ante se deferri facere facultatem habet; Sac. Cong. Rit. in Eugubina 17. Julii 1604. & in Cameracen. 6. Decemb. 1631. & in decreto circa usum pontificalium Prælati Episcopo inferioribus concessorimo à Sac. Rit. Cong. ordinaria habita coram Sanctissimo Domino nostro Alexandro Papa VII. die 27. Sept. 1569. sub num. 8. ibi: "Baculum pastorem albo velo appenso deferat, ab usque, & aliis pontificalibus etiam de Ordinariorum licentia extra ecclesias sibi subjectas prorsus absteineat, & neque in processionibus, quæ ab eorum ecclesiis per vias extra ambitum, vel parochiam ducuntur, insignis prædictis utantur, vel penes se perferri faciant." Et sic iterum fuit ab eadem Cong. decisum in Cremonensi 14. Junii 1687. Vide verb. Abbas sub num. 11.

¶ Quidquid sit de congestis ab Auctore usque ad 14. n. 10. quæ nolimus ad examen revocare, baculus pastoralis à Patribus, aliisque Scriptoribus variam appellationem accepit, dummodo ferula pastoralis, modo pedum pastorale, & cambuca, modo virga Episcopalis dictus fuit, ut observat Strauch. in Amanit. jur. canon. serm. II. Eclog. cap. 8. Adde Schmidt. dissert. de Bac. Past. §. 8. Pedum pastorale, uti & sceptrum regum videntur 15 initio non fuisse nisi baculi, quibus gressum firmarent, dum longum ementebantur iter. Lapsu vero temporis 16 addita iis opulenta evaserunt utrumque insignia, Thomassin. de veter. & nov. eccles. disciplin. tom. 1. lib. 2. cap. 58. num. 2.

Abbatibus utrum ex veteri Monachorum consuetudine relicto, an ex similitudine, & participatione quadam Episcopalis solitudinis auctoritatisque sit communicatus baculus pastoralis, in medio relinquunt Van-Espen, Jur. Eccles. univ. part. 1. tit. 31. cap. 6. n. 6. Illud tamen assertit, Abbatibus competisse baculum pastoralem priusquam alia pontificalia insignia, ut sunt mitra, annulus, sandalia, & similia, iis fuerint communicata. Quinimo notat, esse Abbates etiamnum, & Abbatissas, quibus baculus pastoralis competet; communicata vero haud sunt alia pontificalia.

Quæ si vera sunt, non ita facile pronuntiari cum Auctore num. 11. debet, quod cui usus baculi pastoralis concessus est, ei & usus mitræ concessus intelligi debet. An Episcopus celebrans extra propriam diocesium uti queat baculo pastorali, tum an idem obtineat, quoad Episcopum celebrantem in locis exemptis suæ diocesis; vide Pasqualig. de Sacrific. nov. Leg. tom. 2. q. 1231. à num. 10. ¶

BALDACHINUM.

SUMMARIUM.

1. **B**ALDACHINUM usus est concessus sedem Episcopis, sed etiam pluribus Abbatibus, aliisque privilegiatis.
2. Cum hoc tamen quod Abbates, alique privilegiati Episcopis inferiores utantur ipso baldachino sine auro, & pompa, & tribus tantum anni festivitibus.
3. Abbates, alique privilegiati Episcopis inferiores nunquam tenent baldachinum, & sedem abbatialem fixam, permanentem, & prope altare, ut sedes episcopalis retineri solet, sed possunt solum retinere iis tantum diebus, quibus est ipsis permissum solemniter celebrare, & pontificalia agere.
4. Baldachino uti pontificaliter nequeunt Abbates in officio, & missis defunctorum, nec etiam quem sollemni ritu in suis ecclesiis celebrant exequias nobilitum virorum, & principum, & num. 5.
6. Regulares tenentur in propriis ecclesiis erigere baldachinum Episcopo volenti ibi pontificalia functiones exercere.
7. Moniales tamen regularibus subjecta non tenentur erigere baldachinum Episcopo clausuram visitare volenti.
8. Baldachinum à propriis personis, quibus de jure, Kk con-

- consuetudine, vel privilegio competit, non autem ab eorum substituitis deferendum est.
- 9 Baldachini hactenus in ecclesia deferenda sunt, ut dicitur in libro ceremonialis Episcoporum.
- 10 Baldachinum non est parandum pro benedictione sponsi, & sponsae.
- 11 Baldachinum non potest erigi à Vicario Episcopi, ipso Episcopo absente, in ecclesiis monasteriorum Casinensium. Inviis Monachis.
- 12 Baldachinum in ecclesia loci Dominus, seu Marchio, Comes, vel Baro erigere non potest.
- 13 Talia baldachina si qua à similibus locorum Dominis sint in ecclesiis erecta, debent omnino removeri.
- 14 Et contra venientes postum Episcopi procedere juris remediis usque ad censuras.
- 15 Pro his, & similibus affertur decretum generale.
- 16 Subnectuntur supplementa Auctoris, ad num. 17.
- 18 Novae addit. ex aliena manu, ad num. 24.

BALDACHINI usus est concessus nedum Episcopis, sed etiam pluribus Abbatibus, & aliis privilegiatis: Urbanus enim VIII. concessit illius usum Abbatibus Olivetanis, 4. Aprilis, 1629. in constit. 97. incip. Exponi nobis; Abbatibus Casinensibus 11. Julii 1629. in const. incip. etiam, Exponi nobis; Abbatibus Caestinis 26. Septembris 1629. in const. incipit. pariter Exponi nobis; Abbatibus Camaldulensibus 15. Septembris 1632. in const. 126. incipit. Nuper. Et Sac. Cong. Rit. 15. Januarii 1633. expresse illius usum concessit Praelatis Congregationis Canoniorum Regularium Lateranensium habentibus usum mitrae, & baculi. Et pluries aliis Abbatibus, & Praelatis Episcopis inferioribus, & pontificalium usu gaudentibus fuit concessum, ut baldachino, sine auro tamen, & pompa ut liceat in tribus tantum anni festivitatibus solemniter celebrantibus, nec non assistentia unius presbyteri, & duorum Diaconorum, ac aliorum sex ad summum Canoniorum, vel Monachorum sacris vestibus coloris solemnitati respective convenientis indutorum, duorum nempe cum pluvialibus, duorum cum planetis, & aliorum cum tuniceis, ultra Diaconum, & Subdiaconum, qui in missa cantaturi sunt evangelium, & epistolam, in missa cantaturi sunt evangelium, & epistolam, dummodo iidem Abbates nullo modo teneant sedem abbatiale fixam, & permanentem prope altare, ut sedes episcopalis retineri solet; sed eorum sedes retineatur in ecclesia iis tantum diebus, quibus solemniter, ut supra, celebrari debet; & dicti sex Monachi, seu Canonici, ut supra parati, non in sedibus choralibus, sed super scabellis sedeant in situ congruo juxta ecclesiarum convenientem situm; & sic fere eisdem verbis loquuntur omnes citatae constitutiones, & decreta pro concessione usus baldachini, & denuo sic fuit resolutum, 27. Septemb. 1659. à Sac. Rit. Congreg. coram Sanctissimo Domino nostro Alexand. VII. in decreto circa usum pontificalium Praelatis Episcopis inferioribus concessorum. Vide verb. Abbas, num. 31. ubi per extensum affertur.

4 Baldachino uti pontificaliter nequeunt Abbates in officio, & missis defunctorum, & nec etiam quum solemniter in suis ecclesiis celebrant exequias nobilium virorum, & principum. Pignatell. tom. 7. consulti. 44. num. 7. & sic decrevit citata Sac. Rit. Congr. 27. Septemb. 1659. §. 5. his verbis: "Dies vero, in quibus solemniter ipsis operari conceditur, sint de praepo festivi, vel alii, in quibus ipsos pontificaliter celebrare festivitatis ratio exigat, nempe patroni loci, fundatoris ordinis, tituli, & dedicationis ecclesiae. Abstineant autem ab hujusmodi pontificalium usum in officijs & missis defunctorum quocumque die, etiam festivo, & de praepo." Et iterum eadem Sac. Congr. die 12. Junii 1660. in declaratione praed. decreti, his verbis: "Ad §. quintum pro tribus diebus tantum de praepo, &c. pontificalis celebratio permittitur, exponentibus Monachis taxativam hujusmodi non extendi ad usum pontificalium sine baldachino, nec praeterea ex indulto Alexandri VII. sibi competere pontificalium usum in exequijs nobilium virorum: Sacra Congregatio censuit hujusmodi privilegium tantummodo suffragari monasterio Cavensi, nec ad alia monasteria extendi." Quae decreta Sanctissimus D. noster Alex-

xander VII. approbavit, die 20. Julii 1660. salva quavis contraria verbaliter expressa dispositione privilegiorum particularibus monasterijs Congregationis Casinensium concessorum.

Regulares tenentur in propriis ecclesiis volenti Episcopo pontificalis functiones exercere, baldachinum erigere; Sac. Congreg. Episcop. & Reg. 10. Junii 1603. expresso mandato Clementis VIII. & penis, & censuris ad id, vel saltem ne impediatur, quin Episcopus ipse illud attollere faciat, compelli possunt, ut apparet ex verbis decreti, quod est tenoris seq. "Decet Episcopos pro eo, quo in ecclesia Dei excellunt dignitatis gradu, in quocumque suarum dioecesium loco, quoties eos ibi pontificalibus adesse, & assistere contingit, eam, quae par est, reverentiam, & honorem decore cultu, & ornatu exhibere. Quare non sine animi dolore auditum est, nonnullos Regulares vano quarumdam immunitatum, & privilegiorum praetextu, Episcopis in eorum ecclesiis in pontificalibus interessentibus, non modo in eis supra locum episcopalis solii baldachinum erigere, verum etiam jussu ipsorummet Episcoporum curantes, prohibere, & arcere ausos fuisse. Atque ideo Sac. Congreg. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, facta vero cum Sanctissimo Domino nostro Papa Clemente VIII. ac de Sanctitatis sua speciali, & expresso mandato, hoc praesenti decreto perpetuis futuris temporibus validior declaratur, statuit, decernit, & mandat, ut de cetero Episcopi, ubi tam ex consuetudine, & privilegio, quam ex sacrorum canonum constitutionibus, & pontificalis romani praescripto, ad alio jure pontificalia exercere, aut pontificalibus parametis cum mitra, vel etiam sola cappa induti in quibusvis Regularium, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Monachorum, etiam Casinensium, Clericorum, Presbyterorum, & cujusvis alterius ordinis, & religionis, militiae, societatis, aut Congregationis ecclesiae interesse possunt, ipsi Regulares quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad solium Episcopi constituendum oportuno, & congruo, baldachinum attollere. Eius autem id facere negligentes, aut nolentes, liceat Episcopo Episcopis illud asportare, & in quancumque eorumdem Regularium, aut alia, quantumvis exempta ecclesia, ut supra, episcopale solium, seu pontificalia faldistorium erigere facere, atque sub eo sedere, & stare, & sedere solent, eo tamen dumtaxat tempore, quo pontificales hujusmodi functiones exercerint, vel dum actus ipse cui in pontificalibus aderint, peragitur. Si qui vero Regularium huius declarationi, statuto, decreto, & mandato inobedientes, & contumaces fuerint, sciant se ab eisdem Episcopis ad id censuris, & penis ecclesiasticis, hujus decreti virtute cogi, & compelli posse, aliiisque penis tam spiritualibus, quam temporalibus arbitrio Summi Pontificis Romani subiacere, & obnoxios fore. Non obstantibus quibuscumque &c. Romae 10. Junii 1603."

Moniales tamen Regularibus subjectae, non tenentur erigere baldachinum Episcopo clausuram visitare volenti, sed sufficit stratum preparare; Sac. Congreg. S. R. E. Cardinal. Concil. Trident. interpret. §. die 19. Januarii 1686. quae interrogata, & consultata super variis dubiis à P. Francisco de Monella Procuratore generali Minorum de Observantia, ad quartum dubium huius terminis propositum: "An Episcopi monasteriorum clausuram visitare volenti, dicte moniales teneantur erigere in ecclesia exteriori, vel interiori sedem cum baldachino, vel saltem modo sufficit illi stratum preparare in utraque ecclesia?" Respondit ad quartum, sufficere preparationem strati.

Baldachinum à propriis personis, quibus de jure, consuetudine, vel privilegio competit, non autem ab eorum substitutis deferendum est. Unde Baro, sive alius, qui de consuetudine solet deferre hastam baldachini, id per se ipsum, non autem per substitutum facere debet. Sac. Congreg. Rit. in Montis Pelusii, 5. Julii 1603. Baldachini hactenus in ecclesia deferendae sunt, ut dicitur in libro ceremonialis Episcoporum; Sac. Congr. Rit. in Melphitan. 30. Augusti 1602. Baldachinum non est parandum

dum pro benedictione sponsi, & sponsae; Sac. Congreg. Rit. in Neritanen. 25. Februarii 1606. Baldachinum non potest erigi à Vicario Episcopi, ipso Episcopo absente in ecclesiis monasteriorum Casinensium. Inviis Monachis; Sac. Congr. Rit. in Cassinen. 10. Julii 1621.

Baldachinum in ecclesia, loci Dominus, seu Marchio, Comes, vel Baro erigere non potest, & Episcopus omnibus sacrorum canonum remediis baldachinum omnino removeri facere debet; Sac. Congr. Episc. & Reg. in Bojanen. 12. Januarii 1628. Unde Sac. Cong. Immunitatis in causa baldachinorum censuit esse scribendum Episcopis Conversani & Rubi, ut procedant servatis servandis ad censuras contra personas, quas constat reposuisse baldachina, & procedant etiam contra mandantes, & fautores, & ut praefixo tempore, & termino ad removenda baldachina, & hoc elapso, & non constituto de remotione, procedant ad interdicta civitatum, & locorum, quae possidentur à Baronibus in ipsis dioecibus, & eadem observanda esse in aliis locis, si apponatur baldachinum auctoritate laicali. Secundo censuit scribendum etiam esse Episcopo Andrianensi, ut statim assignet terminum ad removendum baldachinum, & hoc elapso, & non constituto de remotione, procedat ad interdictum ipsius civitatis Andriae, & omnium locorum suae dioecesis subsectorum Domino Duci Andriae. Et Sanctus sua approbavit decretum in omnibus; Sac. Congr. Immunitatis die 27. Julii 1690. lib. decret. Martelli, pag. 642.

Pro his, & similibus juvat hic afferre decretum generale Sac. Rit. Cong. quod est tenoris sequens. Cum pluries Sac. Rit. Cong. inhaerendo decretis alijs editis, & signanter in Lucerina die 22. Novembris 1664. 28. Septembris 1675. & 13. Martii 1688. declaravit nullo modo dandum esse evangelium ad osculandum secularibus, etiam Praesidi in celebratione missarum, si non prohibuerit usum baldachini, & praesertim in Acaerina 26. Junii 1666. in Barensi 5. Martii 1667. & 17. Junii 1684. in Marticensi, Polignanensi, & Militeni 5. Martii 1667. in Hieraceni 2. Octobris 1683. & Bituntensi 23. Septembris 1684. ac insuper denegaverit assistentiam in presbyterio, & specialiter in Maceratesi 24. Januarii 1665. in Melphitana 15. Junii 1667. & in Barensi 20. Novembris 1677. & 22. Februarii 1687. Eminentissimi, & Reverendissimi DD. Cardinales eidem Sacra Congregationi praepositi mandaverunt, ut praedicta decreta prohibentia personis secularibus osculum evangelii, usum baldachini, & assistentiam in presbyterio, revocentur, & copie illorum transmittantur Archiepiscopis, & Episcopis regni Neapolitani, & eidemque injungendum, ut illa intimari faciant superioribus ecclesiarum suae dioecesis, tam secularibus, quam regularibus, & in casu transgressionis procedant etiam contra regulares auctoritate ejusdem Sacrae Congregationis ad panam interdicti. Et ita decreverunt, & in ecclesijs regni Neapolitani omnino servari iusserunt die 13. Martii 1688. Et alius consimile generale decretum editum est die 22. ejusdem mensis, & anni 1690. Vide verb. Eccles. art. 5. num. 30.

Baldachinum in processionibus pontificijs deferri debet à Referendaris utriusque signaturae, & his deficientibus, praesente Pontifice, ab ipsis cubicularijs secretis, vel his etiam deficientibus, ab alijs ejusdem cubicularijs honoris nuncupatis. Eodem vero Pontifice absente, ab Advocatis consistorialibus suppleri debet. Benedict. XIV. tom. 1. constit. 106. incip. Inter conspicius, §. 10.

Praelatis Episcopo inferioribus aonnis ex special. privilegio competere potest usus baldachini; Barbo. de offic. & potest. Episcop. alleg. 80. num. 18. Tambur. de iure Abbat. tom. 1. disp. 21. quest. 10. num. 10.

Episcopo pontificalia exercenti competit retentio baldachini supra sedem à latere altaris majoris positam, dummodo non sit pretiosum, nec auratum. Idque procedit etiam si capitulum immitteret apponere baldachinum super altare majus, & ad illud apponendum potest Episcopus capitulum cogere; Sac. Cong. Rit. in Perulino, 20. Augusti 1729. ad §. 6. dub.

Principi supremo debitum est baldachinum in ecclesia; at collocri illud debet non solum extra praesbyterium,

sed & à parte sinistra baldachini Episcopi, seclusa tamen consuetudine; Cardin. de Luca. de praemin. disc. cur. 26. Scartanton. in animadv. ad Ceccoper. lib. 2. tit. 2. num. 13. Num etiam debitum sit baldachinum principi, qui aliquam habet subjectionem, pollet vero principioribus juribus Imperii? Affirmant Scartanton. loc. cit. n. 5. Quinimo idem ibidem haec habet: "Licet excludantur Duces, Barones, vel Marchiones, qui non habent jura imperii, & proinde sunt simplices feudatarii, & solummodo abusive, & in simpliciter nuncupatione sunt, ac nominantur principes, ut relatis Sacra Congregatio Rituum decretis advertit de Luca &c. videtur tamen tolerandus usus, si praedicti Barones in illius quasi possessione reperiantur propter rationes solide suo more deductas à Card. de Luca ubi sup. §. (De prerogativa in praesenti agitur: verb. Episcopus, & verb. Jus Patronatus, quae sint hispano jure disposita inseruntur.)

BANNITUS, BANNUM.

SUMMARIUM.

- 1 Bannitus unde dicitur, ad num. 2.
 - 2 Bannitorum genus duplex, ad num. 4.
 - 3 Capitaliter Banniti an possint suam aggressorem occidere, ad num. 20.
 - 21 Bannitus recipere, retinere, occultare, & an liceat, ad num. 26.
 - 27 Banniti an possint ab aliquo aggrariari ad num. 31.
 - 32 An gaudeant immunitate, ad num. 38.
 - 39 Puna contra laicos bannientes, relegantes, & personas ecclesiasticas, ad num. 44.
 - 45 Banna nonnulla immunitatis ecclesiasticae laevoe, ad num. 57.
 - 58 Subnectuntur supplementa Auctoris, ad num. 59.
 - 60 Item additiones ex aliena manu, ad num. 70.
- BANNITUS** dicitur à banno, id est, edicto publico juxta Gloss. in cap. Quod Clerici, de foro competentis, & à bannire, quod est idem, quod proscribere; & sic bannitus idem est ac proscriptus ex civitate, vel provincia. Proscriptio autem est adversus absentem judicialis pronuntiatio, non imperium, quo proscritur. Silvester, in summa, verb. Bannum, num. 1. & alii. Bannitorum genus est duplex, unum eorum qui solum sunt missi in exilium extra aliquam civitatem, & aliud est eorum, qui propter crimen capitale damnati sunt ad mortem illis impune à quocumque infligendam. Et isti ultimi sunt proprie Banniti, qui vocantur etiam proscripti, seu capitaliter banniti, cum priores potius exule proprie loquendo appellari debeant.
- Capitaliter banniti, seu damnati ad mortem possunt licite etiam in foro conscientiae occidi à quacumque etiam privata persona, quae non sit ecclesiastica; dammodo tamen interveniant sequentes quatuor condiciones. Primo, ut sententia banni per appellationem legitime interpositam non sit suspensa, quia appellatio legitima habet effectum suspensivum, & devolutivum, e. Si à Judice 10. de appellat. in 6. & cap. Dilectis filiis 55. & cap. Ut de bitus 59. de appell. (Vide supra verb. Appellatio, art. 4. & 9.) Secundo, ut occisio praesente fiat ex celo justitiae, & ob bonum publicum, non vero ex odio, aut passione privata, vel affectu vindictae, aut turpis lucri. Tertio, ut occisio fiat intra territorium, seu dominium proscritentis, & non extra; quia sicut ipsi magistratus, ita à fortiori privatis personis illicitum est executionem contra reum facere extra territorium. Farinat. in pract. crim. part. 3. quest. 103. num. 217. arg. leg. fin. ff. de iurisd. omni. Jud. Quarto, ut persona bannita non sit specialij jure conjuncta personae privatae volenti occidere, v. g. Pater, filius, conjux &c. hos enim occidere semper illicitum est, nisi aliter ab armis contra patriam averti non possint; arg. leg. Minime 35. ff. de relig. & sumpt. fun. quia in

talī casu prævalet bonum universale patris, quæ est communis omnium mater. Ita conditiones recensitas merito requiri docent Clarus, §. Homicid. n. 54. Layman, lib. 3. tract. 3. p. 3. c. 2. n. 2. Silvester, Sa & alii passim.

(Omnibus perfectis, quæ juri hispano in verb. Accusari qui possint vel non: ut conformia adjuvantur, non potest in presentis materie claritatem quin aliquid inseratur.

Nomen bannitus varias habet significationes: tripliciter consideratur: dum commissi criminis ab aliquo accusatio proponitur, aut in eo de officio proceditur, reus citatur: si non comparuerit, neque respicientia advertitur, juxta penam impositam discrimen constituitur, nam aut denominatur bannitus, relegatus, seu deportatus: banniti sive proscripti, hispano sermone Encartados, fere intelliguntur majora maleficia committentes: relegati, dum ad tempus exulantur, & bona eis non adiunguntur: deportati, si in perpetuum, & bonorum detur ablatio: sic exprimit lex 4. tit. 18. part. 4. vide etiam anteriorem & posteriorem, in quibus quis sit relegatus, & deportatus discernitur: verumtamen, hisce per notitiam dumtaxat attentis, prævenendum erit, leg. 3. tit. 27. part. 7. vide eam verb. Assassinus: eum qui post tale delictum commissum in fugam se dederit, ita ut capi non possit, confiteri tamquam diffidat occidi posse; secundo, per leg. 1. & 4. tit. 17. lib. 4. For. Regum 48. & 49. Sryli. 1. tit. 17. lib. 4. tit. 3. lib. 8. Ord. Reg. 3. & 4. tit. 23. lib. 8. Recop. Cast. stabiliti, interfici aliquem pro inimico à iudice declaratum ab accusatore impune valere: nihilominus nec unum, nec alterum nostris temporibus in effectu pervenit: primo casu, nullus ignorat inter præcipua principis, superioreve non recognoscens attributa, leg. 1. tit. 1. 2. tit. 10. 3. tit. 11. part. 2. vide add. hisp. verb. Forum: jurisdictionem numerari: per consequens de causis cognoscere tam civilibus, quam criminalibus, iudicæque ad earum cognitionem & definitionem nominare: nihil aliud, assassino facto, præter delictum advertitur, proptereaquod ad animadversionem ejus deveniendum, processus eformatur, & supplicio locus non datur usquequo sententia fuerit prolata; pro certo habetur, leg. 5. tit. 12. lib. 3. Ord. Reg. 1. 4. tit. 14. lib. 4. Recop. Cast. nullas provisiones, nec mandata, quæ, ut quis occidatur, legetur, vel percutiatur, fuerint expedita, valorem ullum obtinere, nisi ad regias aures deferantur; tantum equidem datur permissio, si majoris sit meditationis delictum, ut capiantur delinquentes; etiam est notorium, absentem, leg. 15. tit. 2. lib. 3. Ord. Reg. leg. 3. tit. 10. lib. 4. Recop. Castell. capitis, seu membri mutilationis damari; verum statim ac in carcere detradatur, erit audientia concedenda, ideo vel absolvendus, aut æqualis, sive majoris supplicii veniet condemnandus; quibus præmissis, quod non est singulis concedendum quod per magistratum fieri potest, demonstratur, nulli privato assassinum, ad jus dicentem non presentatum, interficendi inesse potestatem; secundo in casu, prædictis in mente retentis, & quod abs dubio de delicto, per quod poena condigna est imponenda, assumi debeat cognitio, probatio vel est plena, vel non: si primum, iudicium terminari, definiti, & exequi sententiam oportet: tum, etsi reus pro inimico (de stylo) possit declarari, privatis nulla facultas relinquatur; si secundum, deficit declarationis subjectum; dum de reo absente tractatur, observatur quod supra est præventum, nam est audiendus, condemnandus, vel absolvendus; quare notorie patet, propria auctoritate interficere quemquam, cum iudicium sint primæ partes, nemini permittitur.

Pro corone præsentis materie est firmiter tenendum, quamquam similes casus raro contingunt, reges, aut superioritate non recognoscens talia bannimenta expediti, ut aliqui vivos, aut mortuos deprehendant, habere præcipiendi potestatem: nequit, ita decretum, in consideratione venire, iustis de causis, & matura deliberatione haud procedi: iustitia plenum non potest quin sit imperantis mandatum: cuius equidem tunc licebit, sic diffidat aut proscriptum occidere, dummodo ab eo pro iustitia zelo, & bono reipublicæ, non ex odio, animoque sumendi vindictam efficiatur occisio. Vid. sup. pagin. 239. ad num. 33. & 34. in comprobationem præce-

dentis assertionis videatur Reg. Sched. 5. & 27. Maji: Sanctio Pragmatica 30. Septembris anno 1783. atque Reg. Sched. 24. Junii 1784.)

Istis autem intervenientibus conditionibus possunt licite occidi, quia eo ipso quod sunt iuste (ut supponitur) proscripti, & damnati ad mortem illis à quocumque infligendam, quilibet constituitur publica auctoritate veluti minister, seu executor iustitiæ ad illorum occisionem. Azor. 1. 3. l. 2. c. 2. q. 2. Laym. l. c. Bonac. de contract. disp. 2. quest. ult. sect. 1. punct. 2. & alii. Unde etiam proditorie, & per insidias, aut veneno occidi possunt propter eandem rationem. Molina, de just. tom. 4. tr. 3. ad disp. 7. n. 1. Azorius, l. c. q. 4. Naldus, in summa, verb. Bannitus, n. 5. Lezana, in summa, verb. Bannitus, m. 5. & alii. Immo ipsi proscripti, & banniti inter se ipsos possunt eodem modo se ad invicem interficere, militat enim eadem ratio; Bonaccia, Lezana, & loc. cit. & alii. Propterea laudatur à pluribus Doctoribus usus quorundam principum, qui proponunt præmia occidentibus illos, posito enim, quod iuste damnati sint ad mortem, nulla illis fit injuria in hoc, immo aliquando expedit pro bono communi. Azorius, l. c. & alii. Recte tamen monet ipse Diana, l. c. & Molina, tr. 7. disp. 7. quod raro, & non nisi ob gravem causam ejusmodi sententiam, & facultatem contra bannitos pronuntiare, & concedere expedit propter multa incommoda, & maxime propter grave periculum, quod ipsi banniti, nedum corpus, sed & animam perdant, cum ordinariæ sic sacramenti destituti, in peccato mortali decedant. Cur autem à republica fiat potestas hos occidendi sine peccato, & è contra peccet, v. gr. maritus occidens adulterum, vel uxorem, disparitas est, quia banniti sunt reipublicæ hostes, qui nec capi, nec accusari possunt, ideoque ob bonum commune conceditur ea facultas. Adulteri autem non sunt reipublicæ hostes, & possunt capi, atque accusari, & sic à iudice puniri. Fuit autem dictum in conclusione posse occidi à quacumque persona privata, que non sit ecclesiastica, quia esto, quod ecclesiasticis, sive regulares occidentibus bannitum immunes essent à poena temporalis; revera tamen graviter peccarent, quia illis non licet se immiscere in causa sanguinis, quamvis iusta; cap. Sententiam 9. Ne Clerici, vel Monachi.

Bannitum iuste damnatum ad mortem posse occidere iustum aggressorem tenent aliqui cum Claro, lib. 1. sent. verb. Homic. n. 71. quia utitur iure naturali defensionis, quo per iudicis sententiam spoliarum non posse videtur. Reliqui tamen commissive, & merito negant cum Azorio, tom. 3. lib. 1. c. 1. q. 11. Sa, verb. Bannitus, & Layman, lib. 3. tract. 3. part. 3. c. 1. n. 3. Lezana, verb. Bannitus, n. 13. quia bannitus iuste condemnatus ad mortem per auctoritatem publicam privatur iure defensionis; non enim est permessa defendendi facultas, ubi offendendi est danda libertas, ajunt DD. in l. 1. cod. Quando liceat unicuique sine iudice se vindicare. Tum quia aliquoquin rei, qui ad supplicium ducuntur, etiam possent se defendere, & carnificem occidere vitæ propriæ salvandæ causâ; tum etiam quia sic dari posset bellum ex utraque parte formaliter iustum, scilicet ignorantia, quod omnes negant.

Regulares prohibentur receptare, & retinere in conventibus bannitos, fallitos, & re alieno gravatos sub poena privationis officiorum, vocisq; activæ, & passivæ. Sic Sac. Congr. Episc. & Regul. 7. Aprilis 1601. de mandato Clem. VIII. & constat expresse etiam ex sequenti epistola de mandato Pauli V. transmissa ad Nuntium Neapolitanum, his verbis.

(Utpote conductentia sequentia adnotatur. Per l. 1. tit. 20. lib. 3. For. Reg. 13. tit. 2. lib. 1. Recop. Castell. est determinatum, omnes propter debita ad ecclesias cum eorum bonis confugientes, iudicibus ecclesiasticis cautione super corporis confugientium incolumitate præstituta, sive ecclesiæ iudices, seu rectores loci, quo se conferant, consensus, aut non præbeant, omni scandalo semoto, esse extrahendos; hodie vero minus dubitationis offertur, quinque, licet propter delictum in locum immunitem se delinquentes receptaverint vide add. hisp. verb. Immunitas ecclesiastica, & in eod. verb. Auctoritas, determinationes apostolicas, pari passu procedunt.)

Molto Illustr. &c.

Benchè nostro Signore voglia, che sia osservata l'Immunità ecclesiastica, è la costituzione di Gregorio XIV. di felice memoria sia eseguita comesta, non gli piace però, che le Chiese, nè gli altri luoghi Sacri servano di asilo, nè di ricettacolo a tristi, onde mi ha comandato di scrivere à V. S. che faccia prohibire, ed intimare per parte di sua Beatitudine agli Superiori d' Monasteri d' reglari di tutti gli ordini col mezzo degli Ordinari, o come meglio parerà à lei, che per l'avvenire non diano ricetto à sorte alcuna di condannati, banditi, ladri, o altra gente di mal assare, nè à falliti, o debitori sotto pena della privazione dell' officio, è di voce attiva, è passiva, se si avrà notizia del ricetto, è di voce anche non siano trovati questi tali nell' monasteri, è sotto altre pene ancor maggiori ad arbitrio della Santità sua; vuole in oltre che sia avvertito di punire quelli, che averanno ardire di contravenire à quest' ordine. Potrà dunque V. S. far pubblicare nel modo suddetto la detta proibizione negli luoghi, dove ne sarà maggior bisogno, è di mano in mano per tutto, acciò non se ne possa pretendere ignoranza, ed il Signore la consoli.

Roma li 13. Agosto 1613.

Come Fratello affezionatoissimo Il Cardinal Savelli.

Sic in regesto Sac. Cong. Episc. & Regul. fol. 55.

Banniti non possunt recipi in statu ecclesiæ neque à Baronibus, neque ab aliis; sed fugari debent sub gravissimis poenis. Julius II. in constit. 2. incip. Quia nihil, in constit. 4. incip. Romani, in constit. 6. incip. Cum homines; Julius III. in constit. incip. Cum sicut; Sixtus V. in constit. 6. incip. Hoc nostri, ubi prescribit, quomodo persequendi sint etiam à personis privatis, saltem manifestando. Bannitos existentes in aliquo loco non revelantes intra tres dies, similes poenas incurrunt. Julius II. in constit. 6. incip. Cum homines. Bannitos receptans in statu ecclesiæ, vel faciens cum eis treguam, præter excommunicationem, incurrit crimen læsæ majestatis; Leo X. in constit. 36. incip. Omnes; Clemens VII. in constit. 10. incip. In sancta, in qua Clemens præcipit, quod banniti à Communiatibus capiantur, & carcerentur. Eadem circa bannitos, & eorum receptatores confirmant Julius III. in constit. 25. incip. Cum sicut, & Pius IV. in constit. 27. incip. In eminenti, & Gregorius XIII. in constit. 65. incip. Tanta, in qua Gregorius etiam decrevit, quod bannitos occultantes, vel impedièntes alios ne ipsos capiant in statu ecclesiæ, læsæ majestatis rei sunt, privantur omni ecclesiastico beneficio, honore, dignitate &c. & sunt inhabiles ad ea, omnesque actus legitimos, & eadem incurrunt eorum filii; privantur feudis, & subditi eorum absoluntur à juramento fidelitatis. Hæc, & alia in ipsa constit. incipit. Tanta.

Banniti in statu ecclesiæ à nullo Principe, Duce, Marchione, Comite, vel alio habente mixtum imperium, possunt aggregari, vel componi, sed à solo Papa; admittentium poena, & gratia est nulla; Julius III. in constit. 25. incip. Cum sicut, & Clemens VIII. in constit. 15. incip. Inter ceteros, §. 7. Neque banniti aggregari possunt à Legatis Papæ; Pius IV. in constit. 17. incip. In eminenti, §. 6. Banniti, vel alii exules urbis Romanæ in partibus offensis, nisi pacem habeant cum eis, crimine læsæ majestatis incurrunt. Deresentes literas, vel ambasciatas de hæc re ad partes offensas, idem incurrunt; Innocentius VIII. in constit. 14. incip. Licet. Bannitus occidens alium bannitum ad consequendam liberationem à poena capitis, vel nominatus ab alio, qui habet talem gratiam, juxta tenorem banni non potest aggregari, nisi seipsam personaliter præsentet, neque sufficit, si comparet pro procuratorem; Pius IV. in constit. 52. incip. Essi cuncta.

Contra bannitos in magna quantitate confugitos ad ecclesias reducens ipsas obabus quasi spoluncas latro-

num, conceditur Episcopo, ut carceret quotquot in propriis carceribus poterit retinere. Sac. Congr. Immunit. in Lydens. 29. Decemb. 1625. leg. Scripturarum veterum, pag. 78. Injungitur Nuntio ad supplicationem protegis, ut deleget Ordinarios locorum, vel aliis personis ecclesiasticis facultatem extrahendi ad formam Bullæ bannitos obidentes vias publicas, & itinera frequentata. Eadem Sac. Congr. in Neapolitana 4. Maji 1669. leg. 2. decr. Altviti, pag. 341. Conceditur facultas eficiendi à locis immunitibus infra triduum bannitos in magno numero ibi concurrentes, & committentes vana, & atrocia delicta, & publica furta; in casu vero contraventionis extrahendi ad formam Bullæ ad effectum transferendi ad alias ecclesias Neapolim; Eadem Sac. Cong. in Salernitana 11. Novemb. 1679. lib. 2. dec. Altviti, pag. 1870. Conceditur, mandante Sanctissimo, Episcopo, ut consignet bannitum capitalem captum in feudo mensæ episcopalis tribunalis legationis, cum solita præservazione ab irregularitate. Ead. Sac. Cong. in Imolen. seu Ferrariev. 23. Novembris 1697. lib. 2. decr. Vallem. pag. 221. Constitio, quod extracti ab ecclesia fuissent banno capitali obnoxii, datur Eminentissimo Urbis Vicario facultas absolventi Cooperatores extractionis eorumdem, qui fuerint jussu curiæ secularis jugulati, cum facultate subdelegandi, erogata elemosyna ecclesiæ violatæ pro ejus arbitrio, etiam non obtenta remissione partis; Ead. Sac. Cong. 19. Dec. 1690. lib. decr. Marrell. pag. 688. Bannitus capitalis ab aliis bannitis violenter extractus à scalis ecclesiæ, & consignatus curiæ laicali, ut poterentur præmio illius presentationis, gaudere debet immunitate ecclesiastica; Ead. Sac. Cong. in Perusina 20. Martii 1662. lib. decr. Rocci, pag. 393. Bannitus violenter per laicos ab ecclesia extractus, ac in carceres laicales conjectus, non obstante quod post ejus fugam è carceribus fuerit, elapsis sex mensibus, captus in loco non immuni, gaudet immunitate, adeoque est restituendus. Ead. Sac. Cong. in Prænestina 17. Julii 1685. lib. 3. dec. Altviti, pag. 468.

Contra laicos officiales, seu jurisdictionem temporalem obtinentes, personas ecclesiasticas bannientes, relegantes, aut proscriptas, est indicta poena excommunicationis ipso facto, & communitates, & oppida eorum interdictio ecclesiastico supponitur, non obstantibus privilegiis quibuscumque; Urbanus VI. in constit. 5. incip. Quia sicut. Immo contra bannientes personas ecclesiasticas ultra prædictas censuras sunt indictæ gravissimæ poenæ à Clemente V. in Clement. de poenis, cap. 1. Quinimo nedum canones ecclesiastici, sed etiam gravissimas poenas contra ipsos bannientes staturunt Imperatores Valentinianus, Theodosius, ac Arcadius in Cod. Theodor. lib. 16. tit. de Episcop. aud. cap. ult. & Fridericus II. ac Carolus IV. Imperatores; de quibus legibus fit mentio in constit. Innocent. III. incipit. Ad nostram, & in constit. 1. Honorii III. incip. Has leges, & in constit. 4. Bonifacii IX. incip. Justis, ubi ita habetur ex lege Caroli ibi adnexa: Item pronuntiamus, & declaramus Imperiali auctoritate, quod quicumque laicus cujuscumque status, & conditionis existat, casu sacrilego, & proprio temeritatis audacia sacerdotem, & clericum secularem, vel religionum diffidaverit, vel captiverit, proscripterit, spoliaverit, occiderit, mutilaverit, aut in carcere detinuerit, aut hujusmodi maleficia perpetraverit scienter receptaverit, vel favore in his eis præstiterit, præter poenas à sacris, & imperialibus, & canonicis sanctionibus eis inflatas, sint ipso facto infames, & omni honore privati, nec ad pacem, & concilia nobilitum admitti quovis modo possint. Et ultra prædicta omnia est lata excommunicatio contra eficientes Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedis Apostolicæ Legatos, vel Nuntios à suis diocesis, territoris, terris, seu dominiis, nec non id mandantes, vel ratum habentes, seu præstantes consilium, vel favorem. Nec non sunt interdicti ipso facto loca, & dominia bannientium clericos; Concil. Tolet. 22. cap. 24. Et juste hoc Toletanum Concilium, per citatam constitutionem Urbani VI. & aliam Clementis V. patiuntur dictam poenam pro delicto sui Domini, prout aliàs à sacris canonibus id-

ipsam impositum reperitur pro delictis superiorum; cap. Non vobis, de Sponal. c. Sane 2. de offic. deleg. c. Ubi periculum, §. Preterea in 6. c. Si sententia, de sentent. excom. in 6. Hac potissima ratione, quia subditorum poena redundat in Dominum, & rectorem & subditorum clamoribus facilius domini expergiscuntur, & videmus plurimum exemplis in sacra scriptura id factum, quia pro peccato Davidis interfecit fuit populus, & alia multa similia sunt compilata, in cap. Ecclesia, caus. 1. q. 4.

43 Bannum à communitate publicatum, ne quis accedat ad molendinum in molendino pertinente ad mensam archiepiscopalem, est invalidum, & revocandum, prout Sac. Cong. revocavit, & jussit revocari, ac cassari à communitate una cum aliis actis secutis, & hujusmodi actum revocationis transmitti ad Sac. Cong. Immunit. in Firmata 7. Septemb. 1638. lib. 3. decr. Paul. pag. 7. Banna laicalia circa amotionem, ut dicitur de revoluti à domibus, seu apothecis non ligant bona ecclesiarum, & ecclesiasticorum; si autem adsit publica utilitas, provideri poterit ab Episcopo; Bojanen. 10. Maji 1630. lib. 3. decr. Paul. pag. 89. In Banno laicali inhihente, ne extra domus nocturno tempore quis permaneat, non comprehenduntur personæ ecclesiasticæ, & quatenus ista in banno exprimitur, omnino est revocandum; Gravin. 23. Julii 1649. lib. 4. decr. Regior. pag. 20. Bannum editum de ordine ministrorum regionum Neapolis ab officialibus civitatis Aquilane ordinans carceribus mancipari laicos donationes, vel contractus fraudulentos inenutes cum ecclesiasticis in præjudicium civitatis, & non exacerandi, nisi soluta gabella; item inhihens emi vinum à personis exemptis, & prohibens ministris civitatis concedere ecclesiasticis majorem franchigiam illa, quæ fuit taxata à Camera regia, tamquam læsivum Immunitatis, & Jurisdictionis ecclesiasticæ, est revocandum, & de facto, die 31. Octobris 1664. per duos officiales de ordine ministrorum regionum Neapolis fuit revocatum publice ad sonum Tubæ; Aquilana 18. Novemb. 1664. lib. decr. Rocci, pag. 591.

47 Bannum publicatum per ministros communitatis, quo prohibetur manuteneri in exemptione ecclesiasticos à gabella vini, omnino revocari curet Episcopus; Biramina 6. Octobris 1671. lib. 1. decr. Altovii. pag. 742. Quoad banna, edicta, & ordines curiæ secularis Fanen. Sac. Cong. resolvit ut infra. 1. Curia secularis non potest prohibere, ut dicitur, à Pescivendoli, ne vendant pisces ecclesiasticis, antequam sint appretati à curia seculari, & consequenter neque carcerare contravenientes, nec declarare, quod ecclesiastici debeant stare ad pretium impositum piscibus à laicis. 2. Curia secularis non potest coartare ecclesiasticos ad venditionem proprii frumenti juxta taxam, & pretium impositum à laicis, nec molestare laicos ementes ipsum frumentum ab ecclesiasticis.

50 Curia secularis non potest obligare ecclesiasticos ad accipiendam licentiam à foro laico pro extrahione granorum cum solutione unius Julii, sed si ecclesiastici accipiant hanc licentiam, gratis eis danda esse. 4. Curia secularis non potest prohibere colonis ecclesiasticorum, ne amoveant, ut dicitur, le Covate del grano absque licentia fori laici, concedenda cum solutione unius Julii.

52 Curia secularis non potest extendere bannimenta pro consignatione messis ad ecclesiasticos, sed mens Sacræ Congregationis est, quod debeat fieri in cancellaria episcopali; Fanen. 21. Martii 1673. lib. 1. decr. Altovii. pag. 785. Bannum curiæ legationis inhihens, & sibi reservans venationem, non comprehendit, nec efficere potest ecclesiasticos; Ravenatens. 27. Martii 1696. lib. 2. decr. Vallem. pag. 15. Bannum laicale super assertis con-

traclibus simulatis cum ecclesiasticis est abolendum per Locum tenentem; Ruben. 11. Aprilis 1690. lib. decr. Martelli. pag. 599. Bannum laicale revocetur, & aboleatur in forma, qua fuit publicatum, deinde absolvi poterit ea forma ecclesiæ Baroncellus, qui illud promulgavit, etiam cum potestate subdelegandi; Neocastren. 21. Augusti. 1694. lib. 1. decr. Vallem. pag. 140.

* Bannum propter homicidium non gaudet immunitate ecclesiastica in statu ecclesiæ, sive laicus, sive clericus; Benedictus XIV. tom. 1. consil. 88. incip. Aliis, in qua id extendit ad loca republicæ Locana, confirmans constitutionem Clementis XII. incip. In supremo. Et quod laici rei talis præmeditati homicidii non gaudeant immunitate ecclesiastica ubique, jam staturat Benedictus XIII. consil. incip. Ex quo, §. 6. uti adnotatum reperies in verb. Immunitas, art. 2. num. 130. Vide ibi, ubi traduntur varia ad rem.*

¶ Bannitus (ait Antonius Matthei in lib. 48. Digest. tit. 5. cap. 2. num. 2.) si latine loqui voluerimus, sacros, & proscriptos nuncupabimus. Quamquam proscriptorum quoque non unum genus. Proscriptus enim in libris nostris, nominatim tit. eod. de Bon. Proscript. & ille dicitur, cujus bona expressim confiscantur, damnatus cujus bona tacite. Sequatur enim facile panam capitalem honorem publico. Hunc vero occidi non potuisse, inde colligitur, quod civitatem quidem amittat, retineas tamen ea, quæ sunt juris nature, & gentium, arg. L. Deportatus 15. ff. De Interd. & Releg. Eadem igitur fortuna utitur, quæ exules & deportati, quos occidi non potuisse, præterquam quod ex d. tit. de Interd. & Releg. constat; etiam Laclantius lib. de orig. err. 2. cap. 20. Exulibus, inquit, igne, & aqua interdicti tolebant. Ad huc enim videbatur nefas, quamvis malos, tamen homines capitis supplicio afficere. At sacer homo dicebatur, cujus anima Diis destinata erat. Et quia ad Deos pervenire non poterat, nisi soluta corpore, ideo hominem sacrum occidere fas fuit, uti Macrobius docet. Ut Restus, homo sacer is erat, quem Populus judicaverat ob maleficium, neque fas erat eum inmolari. Sed qui occiderat, parricidii pena non tenebatur, nam lege tribunitia prima casuum erat: Siquis eum, qui ex plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit. Ea vero lege, qua tribuni sacrosancti facti sunt, teste Dionysio, ita sancitum fuit: Ne quis vi tribunum quasi privatum facere cogito, neve eum, occidite jubeto. Qui adversus ea fecerit, sacer esto, bonaque ejus Cereri sacra sunt, qui eum occiderit, purus à cede esto. His autem hominibus Banniti similiores videntur; præterquam enim, quod nemo tecto, nemo opo, consilio jurare eos possit, etiam injuriis & libidini omnino exponuntur.

Monet Sorg. Jurisprud. forens. tom. 9. cap. 65. numer. 6. & plur. seq. hos, quos dicimus bannitos, jure communi incognitos esse, idque quia eo jure, excepto crimine læsæ majestatis, mortis sententia Reo absentem decerni non poterat.

De eo quæri solet, an qui occiderit bannitum immunitatis à pena esse debeat, si bannum fuerit ipso jure nullum? Distinguantur Interpretes, ut excusetur qui ignoravit, non excusetur, cui nullitas banni nota fuit. Ceterum, si bannum fuerit iniquum, non tamen ipso jure nullum, tam ignorantem, quam scientem remittendum esse penam tenet Anton. Matthei ubi supra num. 5.

Bannitus quando dici queat tacite restitutus? Num bannitus hic tacite restitutus jus habeat successioni? Et quid in bannito simpliciter tolerato? Vide Sorg. Jurisprud. forens. tom. 9. cap. 65. num. 30. ¶

BAP-

Principum Catholicorum visceribus inhzere expellendi potestatem è suis, rebus vassallos, (Laici varis penis usque ad internecionem (1) afficiuntur) qui quietem publicam Seditioni vocati, de aliquo criminosi considerationis redarguti evertunt, si aliter nequeunt eam consequi, est tam incontrovertibile, ut potè jure determinatum (2); nec dubii aliquid circa ecclesiasticæ personas jurisdictioni subjectas occurrit: quamquam negari unquam pos-

(1) Vid. verb. Infamia, & libellus famosus, per tot. L. 3. tit. 10. p. 2. Honrar, è amar, è guardar diximos en la ley antes de ésta, que debe el Rey à su pue-

blo, è mostramos en qué manera. Agora queremos decir, por qué razon debe esto hacer. E para lo hacer bien, entender conviene que demosstramos la semejanza que fizo Aristoteles al Rey Alexandro en razon del mantenimien-

BAPTISMUS.

ARTICULUS I.

Quoad Baptismi institutionem, divisionem, & necessitatem.

SUMMARIUM.

- 1 BAPTISMUS fuit à Christo institutus ante suam passionem, & mortem.
- 2 Adducitur instantia.
- 3 Solvitur talis instantia.
- 4 Affertur ratio ex institutione Eucharistiæ, & Presbyteratus.
- 5 Affertur alia ratio.
- 6 Baptismus est triplex, scilicet Fluminis, Flaminis, & Sanguinis.
- 7 Affertur definitio Baptismi Fluminis.
- 8 Affertur definitio Baptismi Flaminis.
- 9 Affertur definitio Baptismi Sanguinis.
- 10 Per hoc quod triplex sit assignatus Baptismus, non sequitur, quod tria sint Baptismi sacramenta.
- 11 Solus enim Baptismus Fluminis est sacramentum.
- 12 Baptismus autem Flaminis, & Sanguinis non sunt sacramenta.
- 13 In defectu tamen Baptismi Fluminis sufficit ad salutem Baptismus Flaminis, vel Sanguinis.

possit à seculari jurisdictione exemptas esse (1): quapropter extra vassallorum nomen haud reputari queunt (2), debentque per consequens fidelitatem, & obedientiam, mandatis publicam tranquillitatem & utilitatem concernentibus, præstare (3); neque effugere possunt quæ vi tuitionis vassallorum dimanant, atque auctoritate economica, politicaque regie majestatis inseparabiliter dignoscuntur (4). Reges, in temporalibus, à Deo, in terra tamquam ipsius Vicarios tractandos, est intelligendum (5): ita nihil mirum, si potestas privandi temporalis residentia ex suis regnis Ec-

- 14 Affertur fundamentum de sufficientia Baptismi Flaminis.
- 15 Affertur fundamentum de sufficientia Baptismi Sanguinis.
- 16 Baptismus extra casum necessitatis est omnibus ad salutem necessarius necessitate mediæ.
- 17 Parvulis est necessarius necessitate mediæ in re, Adultis vero in re, vel in voto.
- 18 Quod adultis sit necessarius necessitate mediæ in re, vel in voto, docet expresse Tridentinum.
- 19 Baptismi fides non est simpliciter necessaria pro contrahendo matrimonio.

BAPTISMUS fuit à Christo institutus ante suam passionem, & mortem, Scotus in 4. d. 2. q. 4. cum suis, & recentioribus passim; ratio est, quia Joannis 3. dicitur: Post hæc venit Jesus, & discipuli ejus in terram Judæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat, ergo tunc jam erat institutus Baptismus, nam usus Baptismi supponit, aut continet ejus institutionem. Nec valet dicere, quod Apostoli tunc baptizabant Baptismo Joannis: Non valet, inquam, quia, ut ait Scotus loc. cit. cum S. Augustino cap. 118. videntes discipuli Joannis discipulos Christi baptizantes, conquesti sunt apud Joannem, quod ausi sint baptizare, ut constat ex Joannis 3. Si autem baptizassent Baptismo Joannis, nullam habuissent causam querelæ, quod Apostoli baptizassent, adeoque Apostoli baptizabant Baptismo à Christo instituto, & non Baptismo Joannis. Tum quia Christus ante suam passionem in ultima Cœna dedit Apostolis Eucharistiam, Luc. 22. & Ordinem Sacerdotii, ut expresse constat ex definitione Con-

Arzobispos y Obispos, y à los otros Prelados para lo que conviniere hacer en sus ministerios: L. 54. tit. 7. lib. 1. ejusd. libi: Que non impidan à los Prelados: la jurisdiccion eclesiastica: (2) Bull. S. D. Bened. XIV. 6. Sept. 1757. libi: Que todos sus vasallos asi eclesiasticos, y seculares y regulares, como legos de dichos reynos: (3) Audi. Acord. 4. tit. 18. lib. 9. libi: cuyas leyes, y reales resoluciones, respectivas à las cosas, y no à las personas que miran al bien comun, y mejor regimen de estos mis reynos obligan directamente à los eclesiasticos, como miembros del cuerpo politico, sin ofensa de su inmunidad: L. 2. tit. 3. lib. 3. Ind. libi: Mandamos à todos los Gobernadores, Justicias, subditos y vasallos nuestros, eclesiasticos y seculares, de qualquier estado, condicion, preeminencia, ó dignidad, que los obedezcan y respeten como à personas que representan la nuestra: (4) Vid. verb. Alimenta prope fin. L. 38. tit. 3. lib. 1. §. 2. libi: Valiendome unicamente de la economica potestad, sin proceder por otros medios: Vide verb. Clericus, art. VI. in addit. (5) L. 5. tit. 1. part. 2. Vicarios de Dios son los Reyes cada uno en su Reyno; puestas sobre las gentes para mantenerlas en justicia, è en verdad quanto en lo temporal: L. 1. tit. 13. ejusd. libi: E conocer como el nome del Rey es de Dios, è tiene su lugar en tierra para hacer justicia, è derecho è merced: L. 14. ejusd. libi: è sobre esto dixo el Rey Salomon à los pueblos: non olvidedes à los Reyes que tienen su lugar en tierra: L. 15. ejusd. libi: E eso mismo dixo el Apostol San Pablo, que todo ome debe ser sometido à los Reyes, porque ellos son puestos por mano de Dios, è el poderio que han, del lo reciben. L. fin. libi: Onde non conviene al pueblo de guardar al Rey solamente del mismo, mas aun son tentados de guardarlo dellos mismos, è de lo non matar. Ca el que lo fiesse, quitaria à Dios su Vicario: (6) L. 1. tit. 1. part. 2. Vicarios de Dios son los Reyes cada uno en su Reyno; puestas sobre las gentes para mantenerlas en justicia, è en verdad quanto en lo temporal: L. 1. tit. 13. ejusd. libi: E conocer como el nome del Rey es de Dios, è tiene su lugar en tierra para hacer justicia, è derecho è merced: L. 14. ejusd. libi: è sobre esto dixo el Rey Salomon à los pueblos: non olvidedes à los Reyes que tienen su lugar en tierra: L. 15. ejusd. libi: E eso mismo dixo el Apostol San Pablo, que todo ome debe ser sometido à los Reyes, porque ellos son puestos por mano de Dios, è el poderio que han, del lo reciben. L. fin. libi: Onde non conviene al pueblo de guardar al Rey solamente del mismo, mas aun son tentados de guardarlo dellos mismos, è de lo non matar. Ca el que lo fiesse, quitaria à Dios su Vicario: